ISCRIZIONI

POSTE NELLA FUNERAL POMPA

CELEBRATA

DALL' ECCELLENTISSIMA E FEDELISSIMA
CITTA' DI NAPOLI


Nella Real Chieſa di S. Lorenzo

NEL DI 15. *DI GENNAJO* 1781.

ALL' AUGUSTA IMPERATRICE REGINA

MARIA TERESA D' AUSTRIA

MADRE DELLA MAESTÀ DELLA REGINA
DELLE DUE SICILIE. N. S.



NAPOLI

Nella Stamperia di GENNARO MIGLIACCIO'

MDCCLXXXI.

Digitized by Google

Sopra la Porta della Chieſa al di fuori.

MARIAE TERESIAE AUSTRIAE
IMPERATRICI AUGUSTAE
HUNGARIAE ET BOHEMIAE REGINAE
CAESARUM AUGUSTORUM
FILIAE CONJUGI ET MATRI
SUB CUJUS AUSPICIIS
PER ANNOS XXXX. INTEGROS
QUIBUS IMPERAVIT
RES IN PACE ET IN BELLO
ADEO MOMENTOSAE SUNT GESTAE
UT EARUM MAGNITUDINIS FAMA
ORBEM UNIVERSUM IMPLEVERIT

HUIC VIRAGINI
MATRI REGINAE D. N
ORDO POPULUSQUE NEAPOLITANUS
MAERENS PARENTAT

Sopra la Porta al di dentro.

PRO AETERNALI QUIETE
MARIAE TERESIAE
IMP. CAES. CAROLI VI. FILIAE
OMNIUM RETRO AUGUSTARUM
HEROICIS QUIBUSQUE VIRTUTIBUS
CLARISSIMAE ET SPECTATISSIMAE

ORDO POPULUSQUE NEAPOLITANUS
INGENTI REGIAE DOMUS AEGRITUDINI
OB REGINAE GENITRICIS
IMPORTUNAM HEU JACTURAM
SUO ETIAM LUCTU
RESPONDERE RATUS
HOC TRIBUTIM INDICTO
ERECTOQUE CENOTAPHIO TEMPORARIO
PARENTALIA MORE MAJORUM PERAGENDA
CENSUIT.

D' intorno al Tumulo.

I.

PRAECIPUAM AUGUSTAE VIGILANTIAM
IN SEDULA PROLIS INSTITUTIONE
ILLUD DECLARAT
QUOD EX TOT NATIS NATABUSQUE
AUT SUBDITIS DITIONIBUS AUT PER NUPTIAS
ALIENIS BEANDIS
CAELITUS CONDONATIS
VIVIDAM QUARUMVIS VIRTUTUM EFFIGIEM
OMNES PRAESEFERANT

II.

INTER EANDEM
FREQUENTIUM NEGOTIORUM SOLLICITUDINEM
TEMPUS NAVITER EXPENDENS
CASTISSIMIS RELIGIONIS OFFICIIS
SIVE PUBLICE SIVE PRIVATIM
PERFUNGEBATUR
ITAQUE CUM OMNIS AEVI PRIMARIIS
EISQUE PIENTISSIMIS
COMPARANDA

III.

AD EXIMIAM TRIUMPHI SPECIEM
PERTINET
HEROIDEM AD CULMEN VIRTUTUM CONNITENTEM
FRENA CUPIDINIBUS SUIS IMPOSUISSE
SIBIQUE
AEQUE AC SUBDITIS POPULIS
ET LEGIONIBUS IMPERASSE
UNDE EX CONSCIENTIA RECTE FACTORUM
COMITAS VULTUSQUE HILARITAS
MANABAT

IV.

QUO REI MILITARIS
SCIENTIA USUQUE
ET INTERIORIBUS
POLITIORIBUSQUE LITTERIS
ADOLESCENTES IMBUERENTUR
NOVA AB INCHOATO COLLEGIA
INSTITUIT DOTAVITQUE
QUOCIRCA
BENEFICAM EJUS PROVIDENTIAM
POSTERITAS QUOQUE EXPERIETUR

Digitized by Google

V.

INCLYTAE VENERANDAEQUE MEMORIAE

MARIAE TERESIAE AUSTRIAE

QUOD E SINU COMPLEXUQUE SUO

MARIAM CAROLINAM FILIAM SUAVISSIMAM

UTI FORMA MAXIME PRAECELLENTEM

ITA INGENIO ANIMIQUE MAGNITUDINE

ADMIRABILEM SUPRA SEXUM

DIMISERIT

REGIQUE FERDINANDO D. N

COMPAREM DEDERIT

VI.

QUEMADMODUM HISCE FUNERIS OFFICIIS

PIISQUE SUFFRAGIIS

REQUIETEM TIBI PRECAMUR

ITA UBI CAELESTEM BEATAMQUE VITAM

FUERIS CONSECUTA

NOS MAERORI LACRYMISQUE RELICTOS

DESUPER ADJUTA

NON OPES NON LAETITIAM NEC JUCUNDITATEM

ADPOSCIMUS

SED QUOD EST UNUM

NEAPOLITANI POPULI VOTUM

FERDINANDI ET MARIAE CAROLINAE

INCOLUMITATEM

AD . BONUM . HUMANI . GENERIS . VIXIT . PARUM . DIU
ATTAMEN . SI . LONGIUS . VIXISSET
NUNQUAM . SATIS

AMPLISSIMIS . VIRTUTI . PRAEMIIS . PROPOSITIS
AD . PACIS . BELLIQUE . STUDIA
JUVENTUTIS . ANIMOS . INCENDIT

BENEFICIIS . MAGIS . QUAM . METU
IMPERIUM . AGITAVIT

DISCIPLINAM . MILITIBUS . DEDIT
FACTIS . ET . BENEDICTIS

VA1
1546078